

Wilfried Stroh:**Augustus in Ovids Exilgedichten**

Dies didacticus, München 6.12.2014



Schedelsche Weltchronik, Nürnberg 1493

Tabula chronologica

43 v. Chr.	Ovid geboren
20-16	datierbare Gedichte der <i>Amores</i>
18	Ehegesetzgebung (1. Auflage der <i>Ars amatoria</i> ?) <i>Epistulae Heroidum</i>
2 nach 2	Verbannung der Kaisertochter Julia (2. Auflage?) <i>Ars amatoria</i> <i>Remedia amoris</i> Arbeit an <i>Metamorphoses</i> und <i>Fasti</i>
8 n. Chr.	Verbannung der Kaiserin Julia Verbannung Ovids durch Edikt
8-9	Reise nach Tomi: <i>Tristia</i> I
9-12	<i>Tristia</i> II – V
13	<i>Epistulae ex Ponto</i> I – III
nach 13	letzte Elegien, wohl postum in <i>Pont.</i> IV
14	Tod des Augustus
17?	Tod Ovids

(1) Ov. trist. 2,207-212

Perdiderint cum me duo crimina, carmen et error,
alterius facti culpa silenda mihi:
nam non sum tanti, renouem ut tua uulnera, Caesar,
quem nimio plus est indoluisse semel.
Altera pars superest, qua turpi carmine factus
arguor obsцени doctor adulterii.

(2) trist. 1,2,99-100

me meus abstulit error,
stultaque mens nobis, non scelerata fuit ...

(3) trist. 2,103-108

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
cur imprudenti cognita culpa mihi?
Inscius Actaeon vidit sine ueste Dianam:
praeda fuit canibus non minus ille suis.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est,
nec ueniam laeso numine casus habet.

(4) Pont. 3,3,69-72

(Amor iurat: ...)
nil nisi concessum nos te didicisse magistro
artibus et nullum crimen inesse tuis.
Utque hoc, sic utinam defendere cetera possem!
Scis aliud, quod te laeserit, esse, magis.

(5) trist. 1,1,1-14

Parue—nec inuideo—sine me, liber, ibis in urbem:
ei mihi, quod domino non licet ire tuo!
Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse;
infelix habitum temporis huius habe.
Nec te purpureo uelent uaccinia fuco— 5
non est conueniens luctibus ille color—
nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
candida nec nigra cornua fronte geras.
Felices ornent haec instrumenta libellos:
fortunae memorem te decet esse meae. 10
Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
hirsutus sparsis ut uideare comis.
Neue liturarum pudeat; qui uiderit illas,
de lacrimis factas sentiat esse meis.

(6) trist. 1,1,19-24

Viuere me dices, saluum tamen esse negabis;
id quoque, quod uiuam, munus habere dei. 20
Atque ita tu tacitus quaerenti plura legentum
ne, quae non opus est, forte loquare, caue!
Protinus admonitus repetet mea crimina lector,
et peragar populi publicus ore reus.
Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis: 25
causa patrocínio non bona maior erit.
21 legentum *Stroh* legendum *codd.*

(7) trist. 1,1,27-34

Inuenies aliquem, qui me suspiret ademptum,
carmina nec siccis perlegat ista genis,
et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,
sit mea lenito Caesare poena leuis. 30
Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille,
precamur,
placatos miseris qui uolet esse deos;
quaeque uolet, rata sint, ablataque principis ira
sedibus in patriis det mihi posse mori.

(8) trist. 1,1,65-68

Siquis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum
non putet, e gremio reiciatque suo,
'inspice' dic 'titulum: non sum praeceptor amoris;
quas meruit, poenas iam dedit illud opus.'

(9) trist. 1,1,69-72

Forsitan expectes, an in alta Palatia missum
scandere te iubeam Caesareamque domum.
Ignoscant augusta mihi loca dique locorum.
uenit in hoc illa fulmen ab arce caput.

(10) trist. 1.1,93-98

Si poteris uacuo tradi, si cuncta uidebis
mitia, si uires fregerit ira suas;
siquis erit, qui te dubitantem et adire timentem
tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi.

Luce bona dominoque tuo felicior ipse
peruenias illuc et mala nostra leues.

(11) trist. 1,1,109-112

Cetera turba palam titulos ostendet apertos,
et sua detecta nomina fronte geret;
tres procul obscura latitantes parte uidebis:
hi qui, quod nemo nescit, amare docent.

(12) trist. 1,2,1-4

Di maris et caeli—quid enim nisi uota supersunt?—
soluere quassatae parcite membra ratis,
neue, precor, magni subscribite Caesaris irae:
saepe premente deo fert deus alter opem.

(13) trist. 1,2,59-68

Pro superi uiridesque dei, quibus aequora curae,
utraque iam uestras sistite turba minas; 60
quamque dedit uitam mitissima Caesaris ira,
hanc sinite infelix in loca iussa feram.
Si, quoniam merui poenam, me perdere uultis,
culpa mea est ipso iudice morte minor.
Mittere me Stygias si iam uoluisset in undas 65
Caesar, in hoc uestra non eguisset ope.
Est illi nostri non inuidiosa cruoris
copia; quodque dedit, cum uolet, ipse feret.

(14) trist. 1,2,95-106

Et iubet et merui; nec, quae damnauerit ille,
crimina defendi fasque piumpque puto.

Si tamen acta deos numquam mortalia fallunt,
a culpa facinus scitis abesse mea.

Immo ita, si scitis, si me meus abstulit error,
stultaque mens nobis non scelerata fuit,
quod licet et minimis, domui si fauimus illi,
si +satis Augusti+ publica iussa mihi,
hoc duce si dixi felicia saecula, proque
Caesare tura pius Caesaribusque dedi,—
si fuit hic animus nobis, ita parcite diui!
Si minus, alta cadens obruat unda caput!

Fallor, an incipiunt grauidae uanescere nubes,
uictaque mutati frangitur ira maris?

Non casu, sed uos sub condicione uocati,
fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

(15) trist. 1,3,37 f.

„[...] caelestique uiro, quis me deceperit error,
dicite, pro culpa ne scelus esse putet,
ut quod uos scitis, poenae quoque sentiat auctor:
placato possum non miser esse deo.“

(16) trist. 1,5,39-42

Saepe fidem aduersis etiam laudauit in armis,
inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat.
Causa mea est melior, qui non contraria foui
arma, sed hanc merui simplicitate fugam.

(17) trist. 1,9,59-64

Vita tamen tibi nota mea est; scis artibus illis
auctoris mores abstinuisse sui;
scis uetus hoc iuueni lusum mihi carmen, et istos,
ut non laudandos, sic tamen esse iocos.

Ergo ut defendi nullo mea posse colore,
sic excusari crimina posse puto.

(18) trist. 2,21-22; 27-32

Musaque, quam mouit, motam quoque leniet iram:
exorant magnos carmina saepe deos.

[...]

His precor exemplis tua nunc, mitissime Caesar,
fiat ab ingenio mollior ira meo.

Illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo:
non adeo nostro fugit ab ore pudor.

Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses?
Materiam ueniae sors tibi nostra dedit.

(19) trist. 2,115-120

Sit quoque nostra domus uel censu parua uel ortu,
ingenio certe non latet illa meo:
quo uidear quamuis nimium iuuenaliter usus,
grande tamen toto nomen ab orbe fero;
turbaque doctorum Nasonem nouit, et audet
non fastiditis adnumerare uiris.

(20) trist. 1,1,53-56

donec eram sospes, tituli tangebar amore,
quaerendique mihi nominis ardor erat;
carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,
sit satis; ingenio sic fuga parta meo.

(21) trist. 2,127-138

Vita data est, citraque necem tua constitit ira,
o princeps parce uiribus use tuis!

Insuper accedunt, te non adimente, paternae,
tamquam uita parum muneris esset, opes. 130

Nec mea decreto damnasti facta senatus,
nec mea selecto iudice iussa fuga est.

Tristibus inuectus uerbis (ita principe dignum)
ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.

Adde quod edictum, quamuis immite minaxque, 135
attamen in poenae nomine lene fuit:
quippe relegatus, non exul, dicor in illo,
priuaque fortunae sunt ibi uerba meae.

(22) trist. 2,345-352

Haec tibi me inuisum lasciuia fecit, ob Artes,
quis ratus es uetitos sollicitare toros.

Sed neque me nuptae didicerunt furta magistro,
quodque parum nouit, nemo docere potest.

Sic ego delicias et mollia carmina feci,
strinxerit ut nomen fabula nulla meum. 350

Nec quisquam est adeo media de plebe maritus,
ut dubius uitio sit pater ille meo.

(23) trist. 2,213-220

Fas ergo est aliqua caelestia pectora falli,
et sunt notitia multa minora tua;

utque deos caelumque simul sublime tuenti 215
non uacat exiguis rebus adesse Ioui,

de te pendentem sic dum circumspicis orbem,
effugiunt curas inferiora tuas.

Scilicet inperii princeps statione relicta
inparibus legeres carmina facta modis? 220

(24) trist. 2,237-240

Mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum
te numquam nostros euoluisse iocos?
At si, quod mallet, uacuum tibi forte fuisset,
nullum legisses crimen in Arte mea.

(25) trist. 3,7,43-48

Singula ne referam, nil non mortale tenemus
pectoris exceptis ingeniique bonis.
En ego, cum caream patria uobisque domoque, 45
raptaque sint, adimi quae potuere mihi,
ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:
Caesar in hoc potuit iuris habere nihil.

Literaturhinweise

zu Exilgedichten allgemein

Froesch, Hartmut: *Ovid als Dichter des Exils*. Bonn 1976

Gaertner, Jan Felix: Ovid and the "Poetics of Exile": How Exilic is Ovid's Exile Poetry, in: *Writing Exile* [...]. Ed. by Jan Felix Gaertner, Leiden, Boston 2007, 155-172

Kenney, E.J.: The Poetry of Ovid's Exile. *PCPhS* 11 (1965) 37-49

Nagle, Betty Rose: *The Poetics of Exile. Program and Polemic in the Tristia and Epistulae ex Ponto of Ovid*. Bruxelles 1980

Podossinov, Alexander: *Ovids Dichtung als Quelle für die Geschichte des Schwarzmeergebietes*. Konstanz 1987

Stroh, Wilfried: Tröstende Musen. Zur literarhistorischen Stellung und Bedeutung von Ovids Exilgedichten. *ANRW* II.31.4 (1981) 2638-2684.

Williams, Garret: *Banished voices. Readings in Ovid's exile poetry*, Cambridge 2013

Schmitzer, Ulrich: Kirke - http://www.kirke-berlin.de/ovid/exil_a.html (sehr nützliche Bibliographie)

zu Ovid und Augustus

Becker, Paul: *Ovid und der Prinzipat*. Diss. Köln 1953

Drucker, Michael: *Der verbannte Dichter und der Kaiser-Gott. Studien zu Ovids späten Elegien*. Diss. Heidelberg 1977

Ehlers, Widu-Wolfgang: Poet und Exil. Zum Verständnis der Exildichtung Ovids. *A&A* 34 (1988) 144-157 („Augustus ein Opfer Ovids“!)

Evans, Harry B.: *Publica Carmina. Ovid's Books from Exile*. Univ. of Nebraska 1983, 10-30

Holleman, A.W.J.: Ovid and Politics. *Historia* 20 (1971) 458-466 (abwegig)

Marg, Walther: Zur Behandlung des Augustus in den Tristien. In: *Atti del convegno internazionale Ovidiano. Sulmona Maggio 1958*. Bd. II. Roma 1959, 345-354.

McGowan, Matthew M.: *Ovid in Exile : Power and Poetic Redress in the Tristia and Epistulae ex Ponto*, Leiden, Boston 2009, 37-92 (gründlich)

Meise, Eckard: *Untersuchungen zur Geschichte der Julisch-Claudischen Dynastie*. München 1969 (Neues zur Verbannungsursache)

Rüsing, Th.: *Das Begnadigungsgesuch des Ovid an Augustus*. Diss. Freiburg 1957

Scott, Kenneth: Emperor Worship in Ovid. *TAPhA* 61 (1930) 43-69

Stroh, Wilfried: Ovids Liebeskunst und die Ehegesetze des Augustus. *Gymnasium* 86 (1979) 323-352

Thibault, John: *The Mystery of Ovid's Exile*. Berkeley, Los Angeles 1964

Tornau, Christian: Die Liebeskunst in den Tristia. Überlegungen zur Intertextualität in der Exildichtung Ovids. In: *Ovid. Werk – Kultur – Wirkung*, hg. von Markus Janka u.a., Darmstadt 2007, 257-279 (Ovid „fiktiviere“ den Kaiser)

Vulich, Natalia: La révolte d'Ovide contre Auguste. *LEC* 36 (1968) 370-382 (extrem)

Wiedemann, Thomas: The Political Background to Ovid's Tristia 2. *CQ* 25 (1975) 264-271 (informativ)

Kommentare

trist. I-V: Vitus Loers, Treviris 1839 (vorzüglicher Latinist, Lateinlehrer von Karl Marx)

Georg Luck, Heidelberg 1967-1977

trist. II: Sidney Owen. Oxford 1924

Irmgard Ciccarelli. Bari 2003

Jennifer Ingleheart. Oxford 2010

Pont. I-III: Martin Helzle. Heidelberg 2003

Pont. I: Jan Felix Gaertner. Oxford /N.Y. 2005

Pont. II: Luigi Galasso Firenze 1992

Pont. IV 1-7; 16: Martin Helzle. Hildesheim 1989

Zweispr. Ausg. der Verbannungsgedichte von Wilhelm Willige (1963), neu hg. von Niklas Holzberg, Düsseldorf, Zürich 2005



Augustus Augustanus